

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=1
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Georg 503
[illegible]

Landesbücherei * Dessau *

Georgs-B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=2
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

# CANONICI INDOCTI LVTHERANI.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE.

¶ECCIO, quod in epiſtola ad Reuerendũ Miſnenſis Eccleſię Antiſtitem Canonicos indoctos Lutheranos & ſeminatores errorum Lutheri vocaſſet, reſpõdent Canonici indocti, quatenus & qua ratione ſint Lutherani.

Vuittenberge.

GLORIOSISSIMO, SVPERDOCTISSIMO TRI-
umphatori Magiſtro noſtro Magiſtro Ioanni Eccio
Theologiſtę Canonici indocti.

¶Si ꝑter inſcitiā quā nobis improperas Ecci magnifice, nihil
aliđ etiā, Martino Luthero obieciſſes, cui nos prudētiæ tuæ
videmur ampliꝰ quā veritati fauere, territi ſane portētoſo, ſup
ciliosoq; magiſterio tuo, nr̄a frueremur fœlicitate, nēpe ſuauiſ
ſimo ruditatis bn̄ficio, vt em̄ ærūnoſam vobis Herculibꝰ vitā
emetiunt̄ ſuperi (imo ipi immodica ſciēdi libidīe & arrogātia
quicqd id eſt mali vobis ipis iuehitis) ita nobis tranqllā nō in-
uidēt. Proīde, cū ꝓpe ſemꝑ nullis noſter tecto gaudētiū & vm
bra calamꝰ infenſus fuerit, aduerſum te q̊q; pararet minie. Nā
q̄ inſania, qs furor, indoctos (q̊s vocas) cū Apollinis filio, im-
belles cū fortiſſimo, obſcuros cū clariſſimo cōgredi? Nō tam
incogitātes, nō tam oſcitabūdi, nō tam ſtupidi, nō tam ſaxei ſu
mꝰ, vt quod om̄i ꝓpulſandū ſit conatu, vltro adcerſamꝰ peri-
culū, p̄ſertim qđ iam pridē ſatis nobis ꝑſpicuū, nunq; tibi vel
diſputaturo, vel ſcripturo, forte ne mortuo quidem defutura
verba. Hactenꝰ itaq;, dū tu gloriæ ſtudes impēdio, nos tranql-
litati nō tam imprudēter quā ignauiter cōſulimꝰ. Atqui nunc
cū inſignis tua modeſtia, q̄ & in ꝓuerbiū ceſſit, Martinū Lu-
therū, vitę ſanctimonia nobis cōmendatū, eccleſiaſticæ Theo
logiæ vindicem diligētiſſimū ſimulac liberrimū, priuatim &
publicitꝰ Manichæū, Vuickleſiſtā, Huſſitam, & ſexcētis nomi-
nibꝰ aliis vocās, Chriſtianū haberi, ferre nequit, & vt ex nobis
etiā aliqd tuę gloriæ adcreſcat, in epiſtola ad Reuerendū Miſ-
nēſis Eccleſiæ Antiſtitē, q̄ tua eſt colūbina, adeoq; theologica
ſimplicitas, nos q̊q; pientiſſimo p̄ſuli iuidioſos, toti orbi, quā-
tum in te eſt, ſuſpectos facis, nos Lutheranos & illiꝰ errorum
ſemīatores appellās, hoc eſt tuo iudicio, hæreſiarchæ peſſimi,
ſubſidiarios, p̄ſidia, amicos, & patronos, velimꝰ, nolimꝰ, cogi-
mur tibi eccleſiæ patrono & aſſertori, filiorūq; Leui cōflatori
& emūdatori aliquantā vitæ nr̄æ rationē reddere, ſi forte hanc
labē abſtergere liceat. Siquidē & te doctore hæreſeos crimen
malignīꝰ, quā vt a Chr̄iana modeſtia patiēter tolerer. Poſſemꝰ

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=4
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

aũt ( nam nec hoc indoctis negatũ eſt, ꝗ & ſuis nõnunq̃ feroci
unt aculeis )exemplo ſtrenuitatis tuæ, modeſtiã remittere, ſto
machari, & plane debacchari, niſi tuũ nobis exploratũ foret ĩ
geniũ. Iterũ ꝗris q̃bus ſcabiem tuã offrices, iteꝶ q̃ris quos in-
ſigniter æciſſes, vt neminem nõ cõtemptui habeas, nemini par
cas, nullũ nõ laceſſas, vt cũ Iſmaele vnꝰ oppugnes omneis. Pa
rum tibi videt̃ cũ doctis gerere bellũ, indoctos etiã ꝓuocas, &
quaſi cõfectũ cũ p̃ceptoribꝰ ſit p̃liũ, ſæuis & in diſcipulos & in
patronos, ne ꝗd reliqui ſiet, quod nõ potẽtia brachiĳ tui cõte-
rat̃. Dein, vbi vel nos cõpeſcueris, vel etiã nõ ꝓ arbitratu tuo
ſucceſſerit, caueãt ſibi typographi, caueant p̄la, caueant vicina
quæq;, ne iniq̃ marte tecũ dimicent, adhuc ex recenti ſtrage fu
ribundo. Cęterum, nobis innocentiã candoreq̃ nr̃m tueri, q̃
maledicentię tuæ reſpõdere, magis videt̃ opęprecium. Pricipio
igit̃ ne muliebriter cõrixemur, cũ inficias ire nõ potes, tot ex-
emplaribꝰ, adeoq; tuo ipſo, cõuincentibꝰ, hæc ꝑ te epiſtolæ in
ſerta, ꝓfer ĩ mediũ, q̃ ratiõe id lædoriæ, imo cõuiciĳ vel diſſi-
mulari, vel æquiꝰ interp̃tari poterit, vt ſemel faceſſat ſimultas
om̃is. Nulla equidẽ in ꝓmptu eſt q̃ te excuſemus, at plurimæ
nobis patrocinant̃. Nam q̃d tu Lutheranũ vocas, nempe ho-
minẽ peſtiferis hæreticiſq; opiniõibꝰ imbutũ, ſatis & ad faſti-
diũ vſq; totiꝰ orbis auribꝰ, licet incaſſum, multo iam tp̃e inſtil
laſti. Quod ſi vel maxĩe obticuiſſes, nõne vere Chr̃ianis odio
ſa ꝑ ſe factionũ noĩa, etiã ea q̃ ob beatoꝶ patrũ memoriã alioq̃
ſuſpiciẽda. Videturq; id tibi nihili, niſi & agnomines ſemĩato-
res errorũ, q̊s peſtilentiſſimos validiꝰ clamas quã comprobas
Ad hæc, ne te pœnituiſſe dicti ſciat̃, in marginẽ Aſteriſci loco
ſcribis, Canonici indocti Lutherani, timẽs forte, ne ſomnicu
loſus lector p̃teruolet, denuo cenſes admonendũ, ſiſtat pedem,
dicta diligentiꝰ ſecũ ꝑpendat, fideliꝰ memoria reponat, ſibi ca-
ueat, tibi gratet̃ & applaudat, nobis ſuccẽſeat. Vides hic bone
vir, inſignite hic oĩa magis ad exulcerandos, quã cõciliandos
anĩos attinere, atq; adeo, vt plane merearis talionẽ reportare.
Cæterũ id noſtro abludit ĩſtituto, lege igit̃ ſi magnificẽtia tua
nõ dedignet̃, ꝗd nobis virũ dei cõciliarit, & q̃tenꝰ Lutherani

ſimus. Nō eſt qđ ſuſpicere, priuatarꝝ affectionū ſtudia, Haud
tanta inter nos familiaritas intercedit. Nulla hic lucelli ſpes,
Ex mendicantiū familia eſt, eleemoſynis viuit, ſed nouandarꝝ
rerꝝ nos cepit cupido, nō illa pacis & cōcordiæ diſturbatrix,
ſed cōciliatrix. Quia em̄ ſæculi huiꝰ ferrei moribꝰ, nihil eſt de
prauatiꝰ, nihil corruptiꝰ, qbꝰ hic mederi ſua eruditione ſtudet,
dū pacē annunciat, obedientiā p̄dicat, humilitatē cōmendat, &
nihil inuitiꝰ agens, quā qđ tecū & cū tui ſimilibꝰ rixando, bo=
nas horas male perdere cogit̄. Contemptū mundanarꝝ rerum,
gloriā cœleſtium, Chr̄ianiſmi ſcopū ſubinde monſtrat, ambi=
tionē execrat̄, auaritiā cleri abominat̄, ſimoniā & Rhomanæ
rapacitatis impoſturas cæteraſcꝫ peſtes ꝓſcindit, qs niſi mēte
motꝰ maligniſſimorūcꝫ morū furcifer tātas aboleri peſtes nō
optarit? Quis Chr̄ianꝰ regnū Chr̄i nolit, qđ immutet, inno
uet, & emēdet oīa? Quis nr̄æ imperitiæ ſuggillationē abhor=
rēs, nō habet in votis, vt ꝓfligatis ſterilibꝰ, infœlicibꝰ, & inge
niꝑdis, reſtituant̄ fœcūdiora, beatiora, ſanctioracꝫ lr̄arum ſtu
dia? Vtinā aūt, vt refloreſcere bonas artes, ita & mores redire
videamꝰ, id qđ Martini eſt ſtudiū, Tu vero magiſtrū honeſta
tis impugnas, & qđ ad literas ꝑtinet, nouos cōſarcinas com=
mentarios ad ꝑdendas generoſas adoleſcentum indoles, quaſi
non iam ante nugis ſimꝰ adobruti. Porro minori periculo in
tentatur hæc nouandarū rerū cupiditas, quā verboſius expur
get̄, ſed ſi om̄ino id in nobis damnabit̄, poſthac fortaſſis non
vſcꝫquacꝫ indocte ſatis facturi ſumꝰ, Accedit ad hæc cauſarū
p̄cipua. Pius magus eſt Lutherus, indoctos noſtri generis ſi=
bi philtris deuincit, Alioqui nulla ratio capit, tam craſſo capi=
te viros, niſi incātatos grām cū Muſis inituros, mirificū phar=
macū, quod qui miſcet, altero orbe pene diſſitū īebriat At nos
terræ filij apertiꝰ loquamur, & ſcaphā ſcaphā, ſerrācꝫ ſerram
vocare oportet. Germana veritas & inuiolata virtus, q̄ deos
homīeſcꝫ in amorē ſui pellicere queūt, ipſæ ipſiſſimæ ſunt, quæ
nos huic deuinciūt. Videmur nūc nobis videre qđ ad hæc mo
deſtiā Ecciana. Quā iactet manꝰ, oculos, caput, Quā mani=
bꝰ, pedibuſcꝫ cōteſtet̄, nihil vncꝫ vero abſimilius dictū. At ſui
mores ſinendi ſunt homini, ꝗs p̄ter mortem illi adimet nemo,

Nos institutũ nr̃m certioribꝰ argumẽtis quã asseueratiõe sola ſequemur. Diu plæriq; nr̃m neſciebamꝰ, ater ne an candidꝰ eſſet Lutherus, ſed & Lutheri nomen plane incognitũ, ante paucos autẽ annos declamatiunculæ quædã populares illius, tumultuario & repentino (vt videt̃) calore ſcriptæ in manꝰ nr̃as venerũt, in quibus decẽ p̄cepta Moſis enarrãs, velamẽ ab oculis illius remouet, vñ tum ſua eruditiõe, ꝑſpicuaq; claritate pręſtitit, vt ſupra morem ſcholaſticoꝝ, indocti nos ſublimius de Chr̃o, ſanctius de euãgelio ſentiremus, poſitoq; ſupcilio parũ immo nihil nobis, multũ, imo omnia Chr̃o deo tribueremus, ſic ſeſe primũ nobis inſinuauit, mox fama ſupueniens & viri inocentiã docẽs, opinionẽ, quã de illo habebamꝰ cõprobauit. Quid faceremꝰ bone Ecci, habendꝰ ne erat odio? floccipendendꝰ ne erat? ingrati ne eſſe debebamꝰ? Quõ tu eiuſcemõi tractares diſcipulos? Sub hæc cõcionatores quidã officiꝭ ſui male memores, variꝭs in locis, plus æq̊ cõdonationibꝰ Pontificũ quas indulgẽtias vocãt, tribuẽtes, multoꝝ ſeducebãt aĩos, cõfidentiũ pollicitatiõibꝰ huiuſcemõi, vel abiecta veræ pœnitentiæ cruce ſalutẽ ſe aſſecuturos. Quid doli, qd fraudiũ, qd imposturarũ ſub ſanctimoniæ p̄textu ꝑ maledictos nugiuendos cõmittebãt, vel tacentibꝰ nobis, nemo hodie eſt, q neſciat. Silebãt Theologi oẽs, cõniuebãt imo ꝓbabant Epiſcopi. Refutabat cõcionatorũ nullꝰ, vñ ceu religioſo ſilentio licẽtioſæ iniqtati authoritas q̊tidie maior accedebat. Inualueratq; adeo id mali, vt iam nõ iubileo & qnquageſimo q̊q; anno, ſed q̊tannis nõ ſemel, ſed iterũ atq; iterũ, nec arduis ex cauſis, ſed plane tenuibꝰ & cõmenticiꝭs, nõ ſine animaꝝ deluſionibus quæſtores mlti obambularẽt. Primꝰ tũc oĩm, quẽ nos ſcimꝰ, Lutherꝰ rerũ indignitate ꝑpenſa, apd' Vuittẽbergenſes in ſcholis de iꝭs rebꝰ maturiꝰ ꝓpoſitis cõcluſiõibꝰ diſputare cepit. Quæ ſtatim mira celeritate ꝑ Germaniã ſparſę, & ſinglari fauore, a doctiſſimis etiã qbuſuis, a te forte aut ignotis aut cõtẽptis exceptę. qd' fraudes iã nõ pauci ſubolerẽt, tametſi nulliꝰ piclitari vellet, primus vt fieri ſolet. Hic tu cõtra añſignanꝰ criſtã erigebas Ecci, turbaturꝰ cœlũ, terrã, & oĩa, mõ saluæ manerent indulgentiæ.

Mittimꝰ plæraq;, vbi ventū est in harenā, aiunt frigidius nihil
vnq; tractatū, Deploratasq; plane indulgētias, ita vt si reuiui-
ſcere debeant, vel nouæ excogitādæ, quibꝰ illę reducant̄ ex in-
feris, vel ſimulachra mortuoꝝ honoribꝰ ꝓſequēda ſint. Nōne
ob hoc modeſtiā etiā tuā Magiſter noſter eximie, deceret grās
ſummas agere Martino? qui ſi nulla, certe hac in re eruditio-
rē reddidit. At nō ideo dabimꝰ errores a nobis diſſemīatos, ni-
ſi em̄ iam diſſemīata fuiſſent Lutherana, quō ad nos, q ex in-
docto vulgo ſumꝰ, & altero pene mūdo intercipimur puenif-
ſent? An nō hoc calcographoꝝ negotiū eſt, q ſimul atq; recen
tiora q̄piam ſuboleuerint, veritati cōſentanea, & applauſibilia,
vt lucꝝ faciant, ea magis extorquent, q̄ ambiunt, imo magis
ſurripiunt quam extorquent. verum tua bella, ne deliteſcant,
quis ſatagit? Nōne vix exoras certis conditionibꝰ, nec tradis
ſed obtrudis. Pauca tn̄ ſub incudē redeūt, niſi forſitā vt magis
traducare. Scis tu nūc ſæpiꝰ Lutherana & varijs p̄lis excuſa,
& credis indoctos Canonicos tm̄ moleſtiaꝝ voluiſſe ſubire,
cū tua tn̄ interim apd̄ nō paucos, etiā doctos faſtidiant̄, etiam
ab indoctis improbent̄? Veritatem ne putas ſub modio poſſe
condi? Rem quę ex deo eſt, aboleri poſſe credis? At hinc litis
origo. Tu errores vocas, nos ſophiſticis hactenꝰ argutijs per
ſuaderi nō potuimꝰ? Solis em̄ indocti nos ijs libris addicti ſu
mꝰ, q Canonici & oim cōſenſu recepti. ſuſq; deq; facimꝰ, ſi qd
aliud efferat̄, qd̄ ijs aduerſet̄. Magnificamꝰ q̄cunq; ꝓximiꝰ ac-
cedūt ſacris. Om̄ino, nec angelū, nec apoſtolū quēuis, vel e cœ-
lo venientē, ſi cōtradicet Euāgelijs audiemꝰ. Interp̄tationē autē
Euāgelicæ ſcripturæ, quantūuis indocti ſimꝰ, a priſcis illis au
thoribꝰ, q nō tanto interuallo, ab Apoſtoloꝝ abfuerūt tp̄ibus
diſcere malumꝰ, quā a te farinæue tuæ p̄ceptoribus. Et annali-
bus, hiſtorijſq; libentiꝰ nos credimꝰ, quā hūanis & tyrannicis
quibuſdā cōſtitutionibꝰ. Papias Hierapolitanꝰ auditor Ioan-
nis inſipienter ne & indocte tibi p̄ſatus videt̄, in libros expla-
natiōis ſermonū dn̄i, qd̄ noluerit varias opiniōes ſectari, ſed
Apoſtolos hr̄e authores? vti de eo Euſebiꝰ & Hieronymꝰ nar
rant. Veꝝ viua illi oracula contigerūt. Nos adacti neceſſitate,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=8
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

literarĳs apoſtoloꝝ,& quibꝰ apoſtolicus eſt ſpūs monumētis
contenti ſumꝰ.Iam ſatis liquidū,tu ne, an Lutherꝰ Euangelio
propius incedat,vter receptioribꝰ nitat̃ authoribꝰ,vter fideliꝰ
eruditiuſq́ patrꝝ dicta citet,vter honeſtiorē ſcopū ſpectet. Fō-
tes aquæ vitæ quærimꝰ,tu nos ad lacꝰ detritos, et amneis tur-
bidos duces? Chriſtū q̄rimus vbi naſcat̃ oſtendat̃.Igit̃ vt̃ nos
itineris duces, tu ſeq̄re, vel te p̄eunte ſeq̄mur.Verū tu Herode
vafrior,& nos morareris ſi obſeq̄remur, nunc Vuicklefiſtas,
nunc Manichæos cognomīares, & inter idola ſophiſmatum
conſidens,comitatū nō polliceris.Quo te rapit īſana morda-
citas,immodicūq́ ſententiæ tuæ ſtudiū? Quis arrogantiam,
quis ſupciliū tuū ferat? Qui tua legūt & amplectuntur docti
ſunt,qui æmuli ſcita,tametſi viciniora Euāgelio,& eccleſiaſti-
cis doctoribꝰ,indocti & hæretici.Ne indocti dicamur, tua no
nobis legēda,ſcz,ne cæci habeamur,oculi ſunt effodiendi.Ha
bes ſuccinctim,qua rōne Lutherani ſimꝰ,Quatenꝰ Euangelĳ
& Chr̄ianæ libertatis amicꝰ eſt Lutherꝰ,ſibi nos deuinxit,is ſi
& tu fueris,nihil erit,quo minꝰ & tibi ſimꝰ addicti. Proide nō
oportebat nos cōuitĳs a tua īceſſi modeſtia, Neq́ eñ nos ma-
le audire debemus q ſyncera fide a Chr̄ianiſſimo theologo nō
abhorremꝰ,neq́ Lutheri cauſa deterior eſt,qđ & indoctis vti
magis pia ꝓbat̃.Fatemur inſcitiā noſtrā,& fortaſſe nō minori
gloria eam agnoſcimꝰ,quā tu laudes tuas paſſim ebuccias.In-
docti ſumꝰ,neſcimꝰ patrocinari lucri turpis in immenſum ſtu
dioſis,id qđ nobis cū ſummo Pōtifice cōmune eſt.Nam cum
tu mercatoꝝ conductitiꝰ,cōtractū ſocietatis ſuę plane iniquū,
æquū declarari ab eo ſupplicibus peteres libellis, repulſam es
paſſus.nimirū,qđ ſupra captū pōtificis maximi tua erant cō-
menta,qñ venali lingua & manu paratꝰ eras,omnē ſemel ſcri-
pturā non mō cogere & torq̄re,ſed & peſſundare, ne redires
inglorꝰ.Indocti ſumꝰ,nō videmꝰ eñ,q̄ rōne ꝑfecti Chriſtum
pauperē ſequant̃,ſi ꝓ temporarĳs cauſis iurent,ſed qd nimirū
ea in re & Eraſmꝰ illđ ſæculi nr̄i ſidus nobiſcū te cenſore, hal-
lucinantur.Indocti ſumꝰ,ſiquidē enumerare nō poſſumꝰ vari
as primitiuæ eccleſiæ ceremonias, ſed iterū ſe nobis aſſociant

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=9
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

plurimi viri alioqui doctiſſimi. Indocti ſum⁹. Maieſtatis diui
næ penetralia non ingredimur, ſed nec magnus ille Paul⁹ apo
ſtolus erubeſcit ignorare quæ tu in Chryſopaſſo coaceruas.
Indocti ſum⁹, poſſemus tamen multa huius generis afferre in
medium, quę tibi magis q̄ nobis dedecori eſſent futura. In ſū
ma em̄ nulla tam auſpicata peregrinatio tua, quaꝝ tu multas
iuueniliter ne dicam⁹ oſtentanter cōmemoras, quę non & tibi
& patriæ fuerit dehoneſtamento magis quam gloriæ, Nullus
tam paruus a te libellus editus eſt, qui nō aut extremam ſapiat
barbariem, aut inſignibus ſcateat erratis. Quare non impru
denter feceris Ecci prudētiſſime, ſi aliquādiu te intra penates
tuos contineas, & laudē quā nō potes aſſequi verboſitate, ſilen
tio tibi vindices. Equidē quā impar cū doctis ineas certamen
hinc æſtimare licet, quod nec indoctis formidabilis eſſe cœpe
ris, Neq; tibi victoriā ex nobis temere polliceare, multi ſum⁹
indocti, & quāuis non omneis ſophiſticis ſpiculis certare cal
lemus, nō pauci tamē docti validos librare contos. Quos de
clinare non poteris, niſi poſitis conuicijs & ꝓphanis artib⁹, ve
rę Theologię & Chriſto optimo Maximo, totū te tradideris.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=10
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

C

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=11



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=12
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

503
Georgs-B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=13
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=14
Stadtarchiv Dessau-Roßlau



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=15
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=16
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

# CANONICI INDOCTI LVTHERANI.

ARGVMENTVM

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-568054121-16/fragment/page=17
Stadtarchiv Dessau-Roßlau